

GENERALIA DE CATECHISMO.
PROLEGOMENA IN CA-
TECHESIN.

Exordium generale, à Disto 1. Pet. 2. v. 2.
in quo observanda 3.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Quibus verbis commendat atq; exprimat Apostolus doctrinam Catechetica, nimirum:</p> | <p>1. Milch. Quemadmodum enim lacte alentur & sustentantur infantes, & sine eo difficulter vivere possunt: Ita homines ex Spiritu & Aquâ renati, non possunt carere Catechismo &c. Mathesius.</p> <p>2. Bernünffrige. Eo discrimen facit, inter lac terrenum & cœleste &c. Idem.</p> <p>3. Lauttere. Hoc vocabulum distinguit Catechismos re-ctos & veros a falsis. &c. Id.</p> |
| <p>2. Quomodo Christiani se debeant genere erga hanc doctrinam, vid: ita, ut summo cum desiderio appetant eam, quemadmodum infans appetit mammas matris. &c. Id.</p> | |
| <p>3. Qualis fructus & utilitas inde ad nos redundet, nimirum, ut per lac illud adolescamus, hoc est, in fide crescamus & ad vitam aeternam sustentemur. Id.</p> | |

Generaliter de Catechismo tractanda 4:

- | | | |
|---|--|--|
| <p>1. De appellatione vel nomine huius libelli duplici. Dicitur enim:</p> | <p>1. Vulgariter Catechismus, ubi rursus notetur eius:</p> | <p>Notatio. Est autem vox græca, significans institutionem, & videtur desumi ex 6. cap. Galat. ubi Paulus inquit: Communicet autem is, qui catechisatur verbo, (hoc est, instituitur in sermone) ei qui catechizat, hoc est, instituit, &c. Hun. Menc.</p> |
| <p>Reliqua videri liter. A.</p> | <p>2. Doctrina puerilis, & quidem:</p> | <p>Significatio vel vsus, vsurpatur enim 3:</p> <p>1. Proprie & vsitate pro institutione in Doctrinâ Catechetica &c. Menc.</p> <p>2. Pro Doctrinâ in Catechismo comprehensa, de præcipuis sacre religionis capitibus, ut dicitur: Hic puer tenet suum Catechismum, hoc est, corpus doctrina cœlestis. Id.</p> <p>3. Figuratè & improprie pro quolibet libello, in quo comprehenditur doctrina, catechistice doctrina similis, ut dici solet: Adfer (puer) tuum Catechismum &c. Id.</p> |
| | <p>1. Propter formam siquidem res maxime & cœlestes, pueriliter simpliciterq; in ea proponuntur, ita ut etiamnum pueri eas capere possint. Hun. Fisch. Celich.</p> <p>2. Propter professionem, quod illi, qui volūt esse filij Dei, hanc doctrinam discere & scire debeant. Fisch. Roth.</p> <p>3. Ob commodum & utilitatem, siquidem pueri etiam huius adminiculo possunt Deum agnoscere, juxta illud Psal. 8. Ex ore infantium &c. Roth.</p> | |